

specialem Spiritus Sancti, per quam Pontifices in regimine Ecclesie infallibiliter diriguntur, nunquam tali potestate abutuntur.

203 Plures autem, & varias hujus dispensationis solent assignare Doctores causas, ut iustas, & legitimas, magnam nimirum inaequalitatem inter virum, & foeminam, vel periculum magni scandali, vel damni inter conjunctos, aut perpetua discordia inter conjuges ipsositem perpetuum morbum alteri conjugum supervenientem, ita ut non possint absque periculo, & contagio alterius invicem committere, & similia incommoda, sed res haec prudenti judicio dispensantis potius relinquenda est; universaliter tamen causa sufficiens censetur potentia consummandi post contractum matrimonium, quae si fuisset etiam antea, vim habuisset impedimenti dicentis, ne ab initio fuisset validum quicquid sufficit ad relaxandum votum solemne Religionis, vel etiam annexum ordini sacro, nec videtur sufficere mutus contractum consensus, nisi alia legitima causa subsistat; Ex quo recte deducit Hiquerus loc. cit. non posse Pontificem universali lege matrimonium ratum annullare, aut facere, ut matrimonium consummato supervenienti cedat, quia jure divino tenet matrimonium ratum, quod est unus cum una, ac proinde impedit jure divino matrimonium cum altera, donec dirimatur, unde hujusmodi potestas Pontifici a Domino concessa exerceri tantum potest in casu particulari, & necessario, & sufficiente, extra quem non est concessa.

203 Sed Obijcies pro prima sententia, quod nequit Pontifex dispensare in matrimonio consummato, ergo neque in rato, consequentia probatur, quia quado Christus dixit Matth. 19. Quod Deus coniunxit, homo non separet, non solum locutus est de matrimonio consummato, sed etiam tantummodo rato. Conf. quia matrimonium est indissolubile jure naturae, & divino; ergo summus Pontifex dispensare non potest, ut matrimonium ratum dissolvatur, cum summus Pontifex in jure ratione naturae, & divino dispensare non possit. Tandem quia eadem ratione affirmare liceret, posse summum Pontificem dispensare in polygamia unius viri cum multis uxoriibus.

Resp. negando consequentiam, & paritatem, quia Christus haec potestatem non tribuit Ecclesiae per matrim. consummatum, nec illud valit in praedictum prolix, sive haec habeatur, sive no, quia lex vivit salis casum particularem non respicit, sed absolute dispensat, & id congrue factum est in favorem prolis; ad probationem consequentiae dicendum est, quod quamvis sub illa Christi sententia etiam matrim. ratum comprehendatur, solum inde deducitur summum Pontificem tale matrim. dissolvere non posse, ut hominem, & ut sola humana potestate pollentem; sed solum ut Christi Vicarium, & divina pollentem auctoritate, quod sensu non dicitur homo, sed quasi Deus, & ejus vires gerens. Ad Conf. dicendum cum Actoribus secunda sententia, summum Pontificem posse divina auctoritate sibi concessa dispensare in aliquibus, que non deducitur proxime, & primario ex principiis juris naturalis, sed remote, & secundario, & quae habent admixtum aliquid obligationis humanae, modo interveniat iusta, & legitima causa, & consequenter mirum esse non debet, si potest summus Pontifex ex iusta causa in matrimonio rato dispensare. Ita Sanch. Henric. Rebell. Bonae. & alii, quae est ipsissima Scotti Doctrina, ut patet ex dictis art. 1. hujus q. n. 188. Ad ult. negatur consequentia, & patris quia dispensatio in polygamia esse omnino contraria, & prejudicialis commode, & prudenti fidelium gubernationi, & bono Ecclesie regimini propter graviam incommoda, quae secum afferunt, ut constabit ex dicendis, quae seq. atque ideo congruum non fuit, ut talis potestas dispensandi in polygamia concederetur a Christo ejus in Terris Vicario, sicut concessa fuit dispensatio in matrimonio rato.

204 Rursus obijcies non potest Pontifex tota auctoritate sua impedire aliquem effectum sacram. ut v. g. facere non potest, quod baptizatus per baptismum jam receptum, non reddatur de familia Christi, neque ut hostia consecrata corpus Christi non contineat, neque ut sacram. subiecto capaci collata suos non faciant effectus, & sic de aliis; quos sacramenta infallibiliter producant ex Dei institutione; cum ergo matrimonium etiam tantummodo rati insolubilitas sit et annexa ex Dei institutione, ut supra dictum est, non videtur, quomodo omnino auferri possit a Pontifice, durante vita conjugum. Conf. quia aliquo sequeretur, Principem quoque Gentilem posse suorum subditorum matrimonium rata dissolvere, quia no habet minorem auctoritatem circa contractus civiles, & profanos suorum, qualis est contractus matrimonii eorum, quam Pontifex circa contractum matrimonii sacrum baptizatorum, nam etiam Princeps Gentilis supremam habet in suis auctoritatem. Tandem quia matrimonium ratum, & consummatum essentialiter non differunt, sed eandem naturam habent, ac essentiam, si ergo Pontifex potestatem solvendi habet matrimonium ratum baptizatorum, poterit quoque solvere consummatum, quod est falsum.

Resp. concessio assumpto negando consequentiam, ex hoc enim, quod Pontifex dispensare possit potestate sibi a Christo communicata super matrimonium ratum, non sequitur, quod impedit vel impedire possit aliquem effectum sacramenti matrimonii, sed solum quod declarat possit, Deum non possuisse tantam insolubilitatem

in matrimonio rato, quantum in consummato, & ideo Ecclesia potestatem reliquise, ut iustus de causa interdum possit eam auferre a matrimonio tantummodo rato, sicut dicitur de obligatione orta ex juramento, quae quidem perpetua est, & tamen auctoritate Pontificis in multis casibus majoris boni auferri potest.

Ad Confirmationem negatur consequentia, quia Princeps Gentilis, nec licite, nec valide potest dissolvere matrimonium suorum subditorum, etiam tantummodo ratum, quia non tantum jure humano est indissolubile, sed etiam divino naturali, ac etiam positivo, nec potestatem peculiarem ad id habet a Deo, sicut habet summus Pontifex, sed tantum habet ordinariam Superioris humani, quae neque Pontifex potest matrim. ratum dissolvere, sed extraordinaria requiritur, & divina sibi a Christo concessa. Ad ultimum patet ex dictis in solutione argumenti praecedentis, quod quamvis matrimonium ratum, & consummatum essentialiter non differant, sed tantum accidentaliter; quia tamen consummatum supra ratum addit commixtionem conjugum carnalem, ratione cuius ejus dissolutio regulariter fieri nequit absque inconvenienti, & gravi prolis praedictio; ideo Christus Dominus peculiarem potestatem Pontifici suo Vicario ad dissolutionem consummati inter fideles non concessit, sed tantummodo rati, cuius dissolutio incommoda illa non afferunt, alia plura interdum auferre potest.

QUESTIO SEPTIMA.

De Matrimonii Unitate.

206 Vnitati Matrimonii polygamia opponitur, seu uxorum pluralitas, quae duplex esse potest, una successiva, quando scilicet quis successive plures habet uxores, altera simultanea, quando scilicet simul habet plures; Et quidem pluralitatem conjugum successivam validam esse, & licitam, altero conjugum mortuo, est communis Catholicorum sensus contra Montanistas, & Novatianos olim secundas nuptias damnantem, & aperte colligitur ex D. Paul. 1. Cor. 7. *Uxor alligata est legi, quando tempore vir eius vivit, quod si dormierit vir eius liberata est, eius vult nubat, tantum in Domino.* & Rom. 7. *si mortuus fuerit vir eius liberata est a lege viri, ut non sit adultera, si fuerit cum alio viro.* Quod potest confirmatum est in Concil. Florent. quae expresse definit, non solum secundas nuptias licitas esse, sed etiam tertias, & quartas, ac posteriores quoque esse licitas, & ita loquitur in Armen. instructione; Et tandem ratione constat, quia morte unius conjugis solvitur in superfluitate viculum, & obligatio, ergo cum altero liberet contrahere potest, sicut dem ex priori matrim. nullum reliquerit ligamini impedimentum. Unde Christus Dominus Matth. 12. non damnavit mulierem, quod seprem viros legitime habuisset, & Jo. 4. Samaritanam, quod quinque habuisset; ex quo manifeste liquet, nec ex jure divino nec ex jure naturali impediri, aut prohiberi secundas, & posteriores nuptias, ideoque conjugem superfluitate post mortem alterius liberum manere, & expeditum ad validam, & licitam alium matrimonium in eundem, & non solum secundo, sed etiam tertio, & quoties voluerit post solum antecessorem matrim. Instantiam vero Henricorum, & praesertim Kemitii deducas ex quibusdam Scripturae locis, scilicet Canonibus, & legibus civilibus male intellectis optime solvuntur q. 14. *1. 2. c. 46. q. 1.* & alii passim illa loca declarando; Quare remanet sola de polygamia, & pluralitate uxorum simultanea, quam licet omnes matrimonia repugnant concedant, & invalidam, ac illicitam esse in lege Evangelica, disputant tamen, quae jure sit prohibita, & aliquando fuerit licita, & permisa.

ARTICULUS PRIMUS.

Quo iure prohibita sit Polygamia seu uxorum pluralitas.

207 Conveniunt Primo Catholici omnes, polygamiam, seu pluralitatem uxorum jure divino esse prohibitam, & repugnare primae institutioni matrim. quae a Deo facta est in Paradiso. Hoc deducunt Hieron. Chrysostomus, Anselmus, Theophylactus, Beda in c. 19. Matth. ex ipsa Adami, & Eve creatione, quia si Deus voluisset, matrim. esse unius cum multis, creasset Adam non unam tantum, sed plures foeminas, quas in uxores ducere potuisset; cum ergo unam tantum creaverit, satis constat, voluisse, ut unam tantum haberet uxorem, non plures; quae ratione Innoc. III. *c. Gaudemus de Divortio* dicit, unam tantum colam in unam tantum foeminam conversam fuisse, & non plures in plures. Hoc etiam de dicitur ex verbis illis a Deo prolatis Gen. 2. 2. *Et erunt duo in carne una* ubi supponitur, conjuges non posse esse plures, quam duos, ac etiam ex verbis Christi Matth. 19. & Mar. 10. *Non legistis quia qui fecit hominem ab initio, masculinum, & foeminam creavit eos*, quibus etiam verbis in singulari prolatis significatur unitas matrimonii; ut nequeat esse ex primaeva sui institutione, nisi inter duos mascululum, & foeminam, non autem foeminas, ubi Hieronymus ait.

208 Conveniunt etiam, Polygamiam jure divino positivo prohibitam esse in lege quoque evangelica, & colligitur aperte ex eisdem

dem locis Marci, & Matthaei citatis, ubi Christus expresse docet esse adulterum eum, qui dimissa uxore ducit aliam, quod non esset, si vivente priori alia quoque esset uxore ejus legitima. Firmata quoque est haec unitas, & singularitas matrimonii eodem jure divino in lege evangelica ex institutione sacramenti, nam sic sacramenti significat conjunctionem Christi cum Ecclesia, quae unica est, & tanquam unica Christi sponsa ubi nominatur, quare non solum illicium, sed invalidum etiam erit illud matrimonium vivente priori uxore; Et in hoc Ecclesia dispensare non potest, cum hujusmodi impedimentum ligamini non sit de puro jure Ecclesie factico, sed sit de jure divino. Hinc ab antiquioribus sacris Canonibus, & Conciliis, & Pontificum decretis asseritur haec prohibitio esse ipso jure divino, & lege Evangelica; quod postea tanquam de fide definitum est in Concil. Trid. sess. 14. can. 2. *Si quis dixerit, licere Christianis plures simul habere uxores, & hoc nulla lege divina esse prohibitum, anathema sit*, quod etiam antea docuerunt Doctores Angelici D. Thom. Seraphicus D. Bonav. & Subellus Scotus a. d. 33.

209 Conveniunt tandem, pluralitatem Matrimonii simul cum una uxore esse etiam jure naturali illicitam, & nullam, quia haec polygamia directe militat contra finem primarium matrim. nimirum, nempe contra prolis generationem, & commodam ejus educationem; siquidem conjunctio plurium virorum cum eadem muliere maxime generationem impedit, ut docent Medici, & experientia constat in Meretricibus, quae haec de causa nunquam, vel raro concipiunt, quando plures viri nascuntur, nec etiam haec pluralitas virorum prolis debite educationi, quia nullus virorum, quibus eadem uxor communis esset, sufficenter filiorum educationi incumberet, ob incertitudinem prolis, quia nullus proprium filium agnosceret. Tum tandem quia tali polygamia jurga, & contentiones orientur inter immortales, praesertim ex eo quod si mulier unum foret virum, quem alteri graviter alterum offendere, & unus vellet uxorem, quando alter vellet, nemo alteri cedere debet, Et haec de causa Canonis, Concilia, & Patres nunquam de Polyviria, hoc est virorum pluralitate locuti sunt, quia nunquam de hoc fuit quaestio, sed solum de polygamia, sed pluralitate uxorum.

210 Restat itaque sola difficultas, an pluralitas uxorum simul etiam jure naturali sit illicita, & irrita, & quidem communis opinio affirmat, Primo quia contra legem naturae est, quod res unum matrim. & ab illo legitime possessa alteri tradatur, sed Marius in matrimonia tradit potestatem sui corporis uxori, ergo jure naturae non potest eam alteri dare, nec dicere sufficit. In tali casu virum cum prima contrahentem non totaliter et tradere sui corporis potestatem, sed partialiter tantum ad eundem cum secundam illi, etenim eodem modo conjuges sibi mutuo tradunt in contrahendo sui corporis dominium, ut ait Paulus, *Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir similiter sui corporis potestatem non habet, sed mulier, ergo sicut mulier se donat viro totaliter, ut nihil naturalis juris retineat ad se donandi alteri, & in eundem valide cum eo conjugium, sic mulier iura se donat viro, ut nihil retineat juris naturalis ad se donandi alteri mulieri simul, & contrahendum cum ea; nam ex vi hujus contractus uterque se donat, & tradit alteri aquiliter, itaque quantum est jus, quo uterque vivit in corpore mulieris, tantum est jus, quod mulier acquirit in corpore viri. Confirmatur, quia pluralitas uxorum, esse non repugnet primario fini matrim. nimirum, propagationi prolis, repugnat tamen alii finibus secundariis, qui potestatem duo sunt, unus est mutuum obsequium viri, & foeminae, alter est remedium concupiscentiae, utique autem repugnat uxorum pluralitas, ergo &c. probatur assumptum, nam primo fini repugnat quia nihil magis charitatis repugnat, & mutuo obsequio conjugum in domestica vivendi ratione, quam rixae, & contentiones, sed si unum viro plures foeminae jungerentur, facile inter illas oriretur contentio, & invidia, maxime si alia minus, quam alia a viro diligeretur, ut patet de Sara, & Agar Gen. 21. Rachel, & Lia Gen. 30. Phenenna, & Anna. Regum 1. Repugnat etiam uxorum pluralitas secundo fini matrim. nimirum, quod est remedium concupiscentiae, quia quia plures habet uxores, non possit sequi omnibus satisfacere, quoad libidinis extinctionem, ut enim inquit adagium, pluribus intentus formis esse naturae, sine dubio Deus illum instituit ab initio, & origine Mundi, praesertim cum eo tempore esset maxime necessaria ad genus humanum propagandum, & naturalis origo tunc formaretur; Sed ut non polygamiam, sed monogamiam instituit, & postea etiam confirmavit, quia non solum in principio Mundi, sed etiam post illud unum fuisse polygamiam valde necessaria ad genus humanum reparandum, & tamen eo tempore nemo plures habuit uxores, nam tunc diluvium solus Lamech dicitur plures habuisset, & ideo a SS. Patribus reprehenditur, praesertim a D. Hieron. in epist. ad Gerontium; post diluvium vero nec Noe, nec filii ejus plures habuere uxores, ut patet ex 1. Petri 3. *Quod otio animae salvae facta sunt per aquam*, id est, Noe, tres filii ejus, & uxores eorum.*

211 Pro resolutione quaestionis resolvendum est, quod dictum est, quae praed. ex Scoto 4. d. 17. c. d. 26. F. & repetit in proposito 4. 33. q. 1. 5. ad argumentum in solutione ad primum, quod lex naturae dupliciter sumitur, primo pro primis principiis practicis, natis

ex terminis, vel pro conclusionibus demonstratis ex his principiis, & hoc modo dicitur esse de lege naturae, quod est verum practicum simpliciter notum lumine rationis naturalis, & ibi primum, & positivum gradum tenet principium practicum notum ex terminis, secundum gradum tenet conclusio demonstrata ex talibus principiis. Secundo sumitur lex naturae, latius pro omni eo, quod est consonum legi naturae primo modo dicitur, & dicitur lex naturae secundario, & addit, quod circa primum, sed quod est de lege naturae primo modo, nulla cadit dispensatio, & ideo oppositum semper videtur esse peccatum, at circa secundum potest cadere dispensatio, & concludit, tantum secundo modo monogamiam esse de lege naturae, & polygamiam contra illam, non vero primo modo. Quam Scotti doctrinam erudite declarat Hiquerus ibidem in comment. 17. & 18. dicens, quod aliud est loqui de jure naturae sumendo jus naturae strictum pro principiis, & conclusionibus necessariis, in qua non cadit mutatio, neque dispensatio, loqui de jure naturae late sumpto, ut dicitur consonum prioribus secundum rectam rationem, nam jus naturae hoc modo sumptum, sicut in omnibus circumstantiis non dicitur confirmatum ad principia, & conclusiones necessario ex illis sequentes, ita etiam loqui in certis circumstantiis esse consonum juri naturae primo modo sumpti, in aliis circumstantiis non est consonum, in quibus materia ipsa mutatur, neque hoc mirum esse debet, quae quotquot dicunt, praeter Decalogi esse indispensabilia, hoc etiam modo respondent ad exempla Scripturae, ex quibus dispensatio probatur non fieri, scilicet, tunc dispensationem, neque factam fuisse, sed declaratum, materia legis naturalis per tales circumstantias mutari, ut in his non comprehendatur sub leges, si ergo per ipsos ipsa mutabilis est materia juris naturalis stricti sumpti per particulares circumstantias, non est mirum, si materia juris naturalis secundo modo sumpti per mutationem circumstantiarum ipsa quoque mutetur, itaque quae alii sunt consona rationi, & legi naturali, in aliis circumstantiis non sit consona, neque consequenter juris naturalis secundo modo sumpti.

212 Ad propositum ergo, inquit Hiquerus, cum matrimonium ex natura contractus, & secundo iustitiam ejus ordinat ad finem tam primarium, quam secundarium in his circumstantiis, in quibus alterum sine determinato alterius attingere potest, obligat secundum naturam contractus in ordine ad utrumque, sicut, & sic polygamia est contra jus naturae, quia finis primarius non derogat secundario in finis circumstantiis, & consequenter contrahentes debent ordinatè contrahere, & contentiantur in utrumque finem contractus, quae non debent abstrahere ab altero, necesse sibi invicem praedictum esse. Haec circumstantiae sunt, quando nulla est necessitas multiplicationis populi Dei, neque consequenter pluralitatis uxorum ad hoc finem, qui est primarius, & cuius tantum necessitate liceret dicta pluralitas, in circumstantiis necessitatis finis primarii aliter evenit, quia magis consonum est rectae rationi, ut usus contractus sit iuxta exigentiam finis primarii, quam secundarii cum detrimento primarii, cum praecipuum matrimoni finis divinum, sive naturale urgeat ad in eundem contractum in ordine ad finem primarium magis consonum legi naturae stricte sumptae, ut in eadem eo modo, quo subvenit necessitati, & detrimento finis primarii, quam ut faceret finis secundario cum detrimento prioris, & hoc in his circumstantiis magis consonum rectae rationi, quam contrarium. Unde sequitur, polygamiam in circumstantiis non esse contra jus naturae, considerando iustitiam in hoc casu, & circumstantiis ex parte contractus, & contrahentium, & supposito divino mandato, & dispositione in lege positiva, quae vetatur polygamia. Haec Hiquerus loc. cit. cuius totum hunc discursum ad litteram hic referre placuit, quia optime rem declarato, mentem Doctoris. Hoc praenota.

213 Dicendum est, polygamiam esse contra jus naturae late sumptum, non autem directe, & in rigore modo jam explicato, Ita Scotti omnes loc. cit. tam veteres, quam Recentiores, Basilius, Almainus, Taretus, Hiquerus, Ponceus nosse disp. 45. q. 4. Brancas disp. 22. art. 4. & alii plures, & quidem polygamiam esse contra jus naturae late sumptum, omnes concedunt, & satis de se patet, nam est consonum legi naturae, ut unus unam ducat, & cum ea perpetuo contrahat, nec ipsa vivente aliam ducat; ergo polygamia est contra jus naturae late sumptum, consequentia patet, & probatur assumptum, nam est legi naturae consonum, quod prolis bene, & commode educetur, quod concupiscentiae, & incontinentiae commode, & opportune ex utraque parte providetur, & tandem ut pax, & amicitia in domo familia, & Republica, quantitate fieri potest, conservaretur; at haec omnia bene, & facile cum unitate uxoris servantur, & valde difficulter cum pluralitate, ut recte offendunt argumenta pro prima sententia adducta, ergo &c.

Quod autem polygamia non sit contra jus naturae stricte, & in rigore sumptum, quae erat altera conclusio finis pars, probatur, quia, illud dicitur esse de jure naturae hoc modo, quod est ex terminis notum vel ex principiis per se notis necessario deductum, sed conjugatum cum una non posse simul etiam cum alia conjugari, non est sic notum, ergo &c. Minor probatur, quia hoc non includitur in illo primo principio, *Quod tibi non vis, alteri ne feceris, & quod tibi vis, alteri feceris*, etiam in tali contractu non lederetur jus alieni, quia supponitur, quod fieret cum tali scientia, & implicito primae uxoris

—Abstrabile



uxoris consensu, ut si viro placeret, posset aliam deinceps ducere; tum quia sicut potest mulier renunciare toraliter juri suo, ita quod si posset petari, non teneatur vir reddere, ita potest renunciare parti juris sui, id est, partialiter juri suo cedere, quod transferat jus, quod cedit in aliam, & hoc videtur licitum, dummodo non sit specialis Superioris prohibitio; Neque injustitia adesse in hac secunda permutatione, inquit Doct. quia quantum ad finem principalem matrimonii, scilicet, prolis procreationem, plus valet vir, quam mulier, quia vir potest simul, & proximo tempore plures facere mulieres, sed mulier non nisi ab uno viro facienda potest, & ideo quoad hunc finem matrimonii precipuum plus valet vir, quam mulier, quare concludit Doct. quod nisi divina lex polygamiam prohiberet, jure nature licita esset.

Confirmatur, quia talis Polygamia non esset contra primum matrimonii finem, qui est prolis procreatio, & commoda educatio, nam proli procreatio ex pluralitate uxorum potius adjuvatur, plures enim filios potest unus vir ex pluribus procreare mulieribus, quam ex una tantum; nec est contra prolis educationem, quia potest totum ducere, quantum proli educanda cum subsidio praesertim ipsam suscipere possit, nam cum una esset gravida, posset uti altera uxore, & relicta illi cura parienti, & lactandi filium, quem pareret, redire ad primam, que jam peperit; hoc comodius esset, quam uno foeminae semper obligari, cum esset gravida, ut filium lactaret, vel laboraret mensuratur, recte dicitur Poncius *loc. cit.* Neque talis polygamia esset contra secundarium matrimonii finem, nimirum concupiscentiae remedium, nam in statu innocentiae, si perseverasset, hic finis non adfuerit, in statu vero naturae lapsus non teneatur vir uxori pro tali remedio ita satisfacere, quin multis de causis sine peccato contra illud non adhibere, nam de facto propter negotia, & varias occupationes potest vir notabili temporis spatio abesse ab uxore; ergo obligatio ex hoc fine induci non obstat, quin etiam de jure natura ut multas uxores possit quis ducere; tum tandem quia hic finis non est talis, qui semper in matrimonio intendi debeat, & sine quo matrimonium jure nature illicitum esset, alius finis juniorum ducere non possit, cui ad sufficientiam satisfacere non valet. Denique si polygamia esset contra jus nature stricte sumptum, nunquam a Deo fuisset in hoc dispensatum, quia supra tale jus nulla cadit dispensatio, inquit Doctor; patet autem, quod in veteri lege fuit polygamia aliquando dispensata, ut dicemus art. seq. ergo &c.

214 Ad fundamentum primae opinionis concedendum est, non posse matrimonium consistere sine mutua permutatione conjugum; hac tamen permutatione in casu polygamiae in solidum non est quantum ad finem secundarium, sicut est in monogamia, ut notat Hiquas *loc. cit.* sed esset permutatio, sicut exigeret finis primarius matrimonii, & secundum medium recte rationis in circumstantiis jam declaratis, quoniam corpus viri in ordine ad finem primum pluribus corporibus mulierum equivaleret in ordine ad generationem, ut dicitur, et licet hac permutatio corporis viri non esset in solidum, cuiuslibet ex pluribus, ita ut illi soli deberetur, sicut in monogamia contingit, esset tamen sufficiens in ordine ad generationem, & ea permutatio in ordine ad finem principalem matrimonii, & per se intentum aequivaleret traditioni in solidum corporis mulieris, adeoque in tali permutatione nulla interveniret injustitia; Aposolus vero requirit in matrimonio mutua corporum traditionem in solidum, & totale hinc inde loquitur de matrimonio, ut reformatum est in lege nova juxta primam eius institutionem, & sic polygamia excluditur, non autem agit de matrimonio in casu nostro, & supposita divina dispensatione, & necessitate propagationis in cultum Dei.

Ad confirmationem negatur, polygamiam simpliciter repugnare duobus illis finibus secundariis matrimonii, scilicet concordia inter conjuges, & remedio concupiscentiae; quavis enim non ita commode in polygamia haberi possunt, sicut in monogamia, simpliciter tamen, & absolute haberi possunt, praesertim quando vir esset prudens, ut legitur de uxore David, & Salomonis, & si argumentum valet, sequeretur, quod etiam modo mala conditio mulieris, aut viri, vel eorum antipathia, ex qua sequeretur inter ipsos jurgia, & rixae, matrimonium impediret, sic etiam gravia viri negotia, & occupationes, quae possunt notabili temporis spatio ipsum tenere ab uxore absentem, in quo non potest altero fini satisfacere adhibendo per copulam concupiscentiae remedium. Ad ultimum dicendum est, Deum ab initio mundi monogamiam instituisse, non polygamiam, ac etiam postea confirmasse, tanquam conformiorem legi nature, quam sit polygamia; hoc autem non facit, quod polygamia fit contra legem naturae simpliciter, & absolute loquendo, & quod in casu necessitatis dispensari non possit, quam necessitatem solus Deus cognoscit, & in quibusdam temporum circumstantiis etiam dispensavit, ut dicemus art. sequenti.

215 Sed in istis adhuc; contra primum principium naturae est, ut vir erga uxorem hoc faciat, quod circa se fieri nolleat ipse nolleat uxorem nubere alteri simul, ergo perinde est contra primum principium, quod ipse alteram ducat. Confirmatur, quia illud est de jure naturae ad matrimonium substantiam spectans, quod ex prima sui institutione eidem competit; sed illud est, ut vir sit unus uxoris tantum; ergo &c. Tandem in polygamia tolleretur obligatio de-

biti, quod est de substantia matrimonii, quia non semper potest unus vir cuicumque uxori debum reddere, quando ipsa peteret, ergo &c. Respondetur cum Hiquas *cit.* concedendo majorem in illis, in quibus uxor habet aequale jus cum marito, & quae illi inferunt praedictum simile, & aequale, negando autem in illis, in quibus de lege, & iustitia aequale competit viro, & non uxori, ut supra explicatum est, & sic concessa minori, neganda est consequentia. Ad confirmationem dicendum est, majorem esse veram, regulatim loquendo, & secundum communem naturae cursum, non autem univ. saliter loquendo, & in quibusvis circumstantiis, etiam extraordinariis juxta doctrinam supra traditam n. 212. Ad ultimum negatur consequentia, nam etiam tunc teneretur vir debitum reddere, licet non eodem modo, quo nunc in monogamia; tunc enim inter plures servaretur ordo, sicut servavit Jacob inter Rachelem, & Liam, ut notat D. Aug. cap. 49. contra Faustum, unde tunc teneretur reddere, quoties uxor debitum exigeret, aut obligationem ejus pro tempore congruo, & ordinat, ut est ad finem primum, quod in eo casu ad substantiam matrimonii spectaret.

216 Neque Thomistae ab hoc nostro dicendi modo multum distant, non enim ab hoc, & simpliciter dicunt, polygamiam repugnare legi naturae, sed alio modo, quatenus uxorem pluralitatem non repugnat legi naturae quoad primaria ejus praecipua, sed solum quoad secundaria, ut docet D. Thomas q. 65. art. 1. unde dicunt, difficultas esse legis naturae praecipua, quaedam sunt universalia, & communissima, quae sunt veluti prima principia legis naturae; quaedam sunt secundaria, quae ex illis, tanquam conclusiones derivantur; primaria praecipua ordinantur ad principalem finem, ad naturam in quavis operatione intentum, secundaria vero ad secundarium; Cum igitur pluralitas uxorum in proposito non repugnet fini principali matrimonii, licet tantum secundario, ideo dicitur, legi naturae non repugnare quoad ejus primaria praecipua, sed tantum quoad secundaria; ideo inquit, Deum supra pluralitatem uxorum dispensare posse, sicut de facto antiquis temporibus dispensavit, ut major multitudo esset hominum fidelium, qui in cultu veri Dei educarentur; licet enim non possit Deus dispensare contra primaria praecipua legis naturae, potest tamen dispensare contra secundaria, & quando recta ratio sic distat, & circumstantia extraordinariae id exigunt; refert, & rem declarat Beccanus c. 46. q. 2. de mente D. Thomae, quod doctrina, ut patet, cum nostro dicendi modo coincidit, vel saltem parum distat, & sic etiam dicitur Stephanus a S. Gregorio lib. 3. cap. 109. qui plures alios citat.

ARTICULUS SECUNDUS.

An Polygamia fuerit aliquando valida, & licita.

217 Primò Dicendum est, polygamiam plurium virorum cum una uxore semper fuisse illicitam, & contra jus naturae, & positivum, nec unquam fuisse legitimam, ita communitur Theologi, & Juris, & Sco. d. 33. cit. 8. ad argumenta in solutione ad 2. principia, quod nunquam fuit ex parte iustitiae inter commutantes sic commutare, ut in minus veniret finis principalis, & magis eveniret finis minus principalis, quia finis principalis est magis intendendus, sed pluralitas maritorum magis esset ad finem minus principalem, scilicet, ad sedendam libidinem, & multo minus ad finem principaliorum, scilicet, fetus generationem, quia eadem mulier in ista idem tempus a pluribus viris secundariis non possit; Quod ex D. Aug. desumptum lib. de bono conjug. 6. 17. ubi inquit, quod non sicut uni viro feminae plures licebat habere uxores, ita uni foeminae plures viros; duobus enim, seu pluribus maritis viris nullam legitur servasse sanctarum, plures autem in feminas uni viro legitimus conjugatas, plures enim feminae ab uno viro fetari possunt, una vero a pluribus non potest; ita Aug. loc. cit. ergo nunquam a Deo dispensatum fuit pro polyviria, seu maritorum pluralitate. Imò Belarminus, Soto, & alii dicunt, nec Deum dispensare posse, ut una mulier plures duceret maritos; Communiorem tamen opinionem oppositum docet, & ratio est, quia Deus dispensare potest in aliis quoque praecipis juris naturae, ut in fornicatione, furto, homicidio, & similibus, ut docet Doctor 3. d. 36. ergo pariter etiam in hoc dispensare potest, cum non sit preceptum urgentius illis; Tum quia Deus in tali casu potest ita res disponere, ut ex hujusmodi polygamia non sequeretur illa inconvenientia, ob qua de lege nature est prohibita; quod ideo talis dispositio facta lex naturae non obligaret.

218 Secundò Dicendum est, polygamiam, sed pluralitatem uxorum per singularem Dei dispositionem olim concessam fuisse antiquis Patribus. Ita Scotus *dist. 33. cit. art. 2.* & Divus Thomas, ac Divus Bona Ventura ibidem, quod probat Doctor ex Genes. 26. & 25. de Abrahamo, qui habuit Saram, Agar, & Ceturam; de Jacob, qui habuit Rachelem, & Liam, & de David 2. Reg. 5. qui plures habuit uxores probabile autem non est, quod hi Patres sic contrahendo aliquid fecerint illicitum, sed quod hoc credendum est, quod illas non accepissent, nisi fuissent cum illis dispensati; & hoc in casu paucitatis fidelium procreantium prolem, ut hoc modo plures mulieres ab uno secundarentur, & sic proles ad divinum cultum propa-

propagaretur, & multiplicaretur. Quod vero id sit contra jus naturae, non obstat, ut id Deus concedere possit, quia non est contra jus naturae stricte sumptum, & primario, sed tantum late sumptum, & secundario, ut dicitur *art. praed.* Tum quia ut docet Scotus *dist. 36. & sequitur Hurtad. disp. 9. diff. 2.* cum alii Recentioribus, ipsius Dei concessione, & dispensatione, quae est iuris declaratio, vel iuris revocatio, definit esse contra jus naturae, quia definit esse contra ius uxoris, cum Deus ut Supremus corporum Dominus possit viro facultatem concedere, ut valide, & absque iniustitia in uxorem alius quoque uxoris suum tradat corpus, sicut etiam concessione divina facta aliquid alterum occidat, vel eius bona accipiat, occidit illius, & bonorum acceptio definit esse iniusta, & contra ius naturae, quia Deus est supremus Dominus honorum, & vitae omnium. Tum tandem quia Scotus loc. cit. optime declarat, quomodo adhuc in tali casu servabatur iustitia, considerando contractum ex parte contrahentium, quando enim aliquid ordinatur ad duos fines, unum principalem, & alium minus principalem, rationabile est uti illo eo modo, quo magis confert ad finem principalem, licet per hoc aliquid detrahatur uti minus principali, quibus valet ad duo, scilicet ad delectationem, quae est finis minus principalis, & ad nutritionem, quae est magis principalis secundum rectam rationem, & conveniens est ut aliquid utatur circa eo modo quo magis expedit nutritioni, licet in hoc aliquid detrahatur delectationi; Ita ergo in proposito ille contractus matrimonii est ad bonum proli, ut ad finem principalem, & ad vitandam fornicationem, ut ad finem minus principalem, ergo secundum rectam rationem debent contrahentes sic commutare, ut commutatio plus valeat ad procreationem prolis, licet minus valeat ad illam redditionem debiti, sed hoc fit in commutatione corporis unius viri pro pluribus corporibus mulierum, quia corpus viri ad prolis procreationem, quae est finis principalior, plus valet, quam corpus mulieris, ut supra declaratum est; ergo hoc absolute sciendum est in casu necessitatis, quia quando est valde necessarius finis principalis, negligendum est finis minus principalis.

219 Verum quia haec dispensatio circa pluralitatem uxorum non legitur facta per externam aliquam locutionem, vel scripturam, quae sunt Theologi, ubi, & quando, & quibus, ac quomodo facta fuerit dicta divina concessio. Dixerunt aliqui, haec dispensatio non utitur, esse factam per externam aliquam locutionem, vel scripturam, sed per peculiarem inspirationem, ut ait D. Thomas q. 63. art. 2. quod etiam significavit Innocentius Tertius in *capit. Gaudemus* de Divortio ubi sic habet circa medium, *Nec unquam licuit simul plures habere, nisi cum fuit divina revelatio concessio*, & haec concessio in populo Hebraeo fuisse factam ad maiorem multiplicationem populi fidelis, & Bellar. Valentia, Pon. & alii addunt, inde extensam fuisse talem concessioem ad alias etiam nationes, Primò quia Scriptura non reprehendit Gentiles, quod eo tempore plures haberent uxores, ergo probabile est fuisse generalem permissionem. Deinde quia S. Aug. 16. de *Civ. 38. & lib. 22. contra Faustum* cap. 47. scribit in his locis, ubi Jacob duxit quatuor uxores, fuisse motum ducendi plures uxores posteritatis causa, & cum motum fuisse inculpabilem, locus autem, in quo Iac. tunc erat, fuit Gentilium, non Hebraeorum, quia Laban, cuius filias accepit Jacob uxores, erat Idololatra Genes. 31.

220 Sed quamvis valde probabile sit, haec dispensationem circa uxorum pluralitatem non fuisse factam per externam aliquam locutionem, vel scripturam, quia nulla talis apparet, sed per locutionem inspirationem, ut plures Patres affirmant; non tamen mihi probatur, fuisse generalem, ita ut concessio fuerit non solum Hebraeis, sed etiam Gentilibus, nam ratio talis concessionis iam signata est, quod fuerit ad multiplicationem populi fidelis, sed haec ratio non valet, si ea concessio etiam ad alias nationes infidelium, & Gentilium extensa fuit, nisi extendatur etiam ratio ad maiorem multiplicationem virtutis generis humani ab initio mundi, plures enim rationem videretur, magis deesse ab initio mundi, plures foeminae pro mari, & Adamo plures uxores concessi ac similes in illius universali plures feminas conservari, ac Nos, & filii eius plures concedi, quod tamen factum non est. Praeterea ergo dicitur, & magis ad mentem Doctoris, haec concessioem primis Patribus populi Dei fuisse factam pro ipsis, & pro toto populo Dei, quia in toto illo plurae uxorum multitudo erat, ut patet ex Deuteronomio, 21. & nullo Propheta reprehensa, & haec consuetudinem exemplo populi fidelis utique etiam ad reliquas gentes fuisse extensam; sed non divinam concessioem, ut sentit Sanc. lib. 7. *dist. 80. Tancred. libidem, Hurtad. disp. 9. diff. 2.* & plures alii, quia Deus soli populo suo, ex quo Messias venturus erat, id concessit, ut ait Doctor, ut tunc exiguis multiplicaretur, sicut arenae maris, & consequenter pluralitas uxorum in gentibus erat nulla, & ex obiecto illicita, quamvis ob ignorantiam, & bonam fidem communitate culpa excusarentur.

221 Tercio Dicendum est, quod polygamia consistens in hoc, quod aliquis post repudium unius uxoris acciperet alteram, qualis erat in usu apud Iudaeos, licita est dispensatione divina in lege Moysae. Ita Scotus *dist. 33. cit. qu. 3.* quem postea Moderni omnes

sunt secuti, & ita iam determinavimus supioribus *qu. 6. art. 1. n. 179* contra illos, qui dicebant, repudium in lege Moysae non fuisse concessum per veram, & propriam dispensationem, quia faceret illicitum licitum, sed fuisse solum uxoricidium, hoc idem defendunt ibidem Iudaei, evitandum, nempe uxoricidium, hoc idem defendunt ibidem Scotus, veteres Balfolus, Almainus, Taratus, & aliae postea Recentiores, ut Poncius *disp. 49. q. 4. concl. 6.* Branc. *dist. 16. art. 4. & 6.* licet Hiquas propter quosdam Patrum auctoritates oppositam sententiam probabiliorem putet, Fundamentum est, quia Moyses haec permissionem scripsit in legum Codice, non per modum perae permissionis, & tolerantiae, sed etiam dispensationis, & legis patet, in *Deuter. 24. & Malachi 2.* ubi praecipivo modo repudium permittitur; ergo non potuit esse simplex tolerantia, vel conniventia, consequentia patet, quia nullus legislator aliquid tolerantis contra legem propriam, vel alterius superioris, posseiva lege vel edicto eas tolerantias scribit in codice legum, sed in facto per punitionis suspensionem easdem fuisse.

Constat, quia lex iuxta non debet dare alicui occasione peccandi mortalis, sed si repudium in lege Moysae fuit simpliciter illicitum, & peccatum mortale, tunc lex Moysae dedisset per se, & directe occasione peccandi. Denique aliud esse permittit tantum, & dissimulare aliquid, aliud esse ipsum dicere, vel consilium, aut praecipere, primum fieri potest a lege, vel legis latore respectu mali per suspensionem punitionis, sed secundum nunquam in respectu mali a lege iusta, vel legislatore; cum ergo lex Moysae iusta fuerit, & non solum repudium permittit, sed sciendum dictaverit, sequitur, repudium sub illa lege non tantum fuisse permissum, & tolerantum ad maius malum evitandum, sed etiam iustum, & licitum ex divina dispensatione, quia Moyses, ut legislator, inquit Doctor, non fuit, nisi pro Deo, nam si sola permissio fuisset, tolerantia Moysi, sequeretur, ipsum manifeste populum deesse, scandalum perpetuum commisisse, & Deum graviter offendisse, quod de Moysae nefas est cogitare, dum Dei legem tunc populo praescribebat.

222 Sed obici solet, quod Christus Math. 19. dixit, Moysen permisisse repudium ad duritiam cordis Iudaeorum, ergo secundum se non erat permittibile, & consequenter illicitum. Constat, quia permissio non est, nisi de malo, non autem de bono, & licito, ergo si repudium fuit solum permissum in lege Moysi, fuit malum, & illicitum, & ideo Magister *sent. 4. dist. 33. c. 2.* ait, quod hoc fuit a Moysae permissum, non ut concederetur divortium, sed ut tolleretur homicidium. Denique, quia contractus matrimonii, licet ratio, materia potestatis sui corporis inter coniuges pro toto perpetuo contrahentium usui, atque ideo irrevocabilis, ut dicitur est supra, quia hoc est conveniens de lege nature ad commodam proli educationem, & bonum Republicae, ergo repudium nequit esse concessibile, & licitum.

Resp. ex Scro. loc. cit. sub lit. C. quod Christus ibi non accepit permissionem propriam, sed pro infirmatione rei licitae, & licite concessa, non tamen simpliciter, sed supposita duritia, & intractabilitate Iudaeorum, ita quod licet istud esset licitum, scilicet repudiare, adhuc tamen simpliciter, & absolute loquendo magis licitum fuit, fet eis non repudiare, & magis expediens; Unde quod additur ibi ad duritiam cordis vestri, ait Doctor, non concludit, hoc fuisse eis illicitum, quia frequenter dicitur subditorum esse causa ut aliquid relaxaretur, est, quod alias esset, esse utile non relaxari, si essent tractabiles, sicut Patet videns Collegium proinde ad aliquid, cuius oppositum esset honestus, & utilis servare, si possent, illud oppositum statueret utiliter, si Subditi essent facilliter inclinabiles, potest tamen non statueri, vel si statutum est, relaxare vere potest, & hoc iuste, ne stante illo ipsi multo plures peccent, sic Deus per Moysen fecit Iudaeis, id eorum accipitur ibi permissum, ut dicebam, pro infirmatione minoris boni, liciti tamen ne ardeant ad maius bonum fecutum fuisset maius malum ex duritia, & intractabilitate ipsorum.

Ad Constat, patet per idem nam, maior verificatur de permissione proprie dicta, ibi autem non fuit proprie permissio, sed infirmatio de minori bono, ne magnum malum sequeretur; Unde ad id, quod ait Magister, respondet Doctor, ibidem quod utique, non fuit primaria Dei voluntas, vel Moysi facienda praecipitum aliquid de repudio, sed videns maximam illius populi profectionem ad dimittendas uxores sibi non gratas, data fuit lex, ut si eas amplius nollent, libellum repudii darent, quae permissio licet sit ex suppositione, ad haec tamen licita est.

Ad ultimum dicendum est cum Balfolio d. 33. *qu. u.* in fine quod contractus matrimonii in illa lege fuit datio ad tempus, quousque, scilicet, uxor displiceret viro, ob aliquam esse feditatem, & repudiaret eam, nec obligavit illa institutio matrimonii quantum ad perpetuitatem vinculi sui illa lege, sed ad tempus, & ad hoc fuit verus contractus tunc ex satisfactione divina, sicut modo, licet non esset ibi perpetuitas vinculi, & adhuc fuit verum matrimonium, & eiusdem speciei cum nostro, quia obligati ad aliquid pro maiori, vel minori tempore non variat speciem, Plures etiam fuisse adduci Patrum auctoritates pro parte opposita, propter quos Hiquas



Hiqueus eam censet prohibitorum, quae soluta videri possunt apud Scotistas citatos Baltholum, Poncium, & Brancatum, & etiam apud Doctorem ipsum.

223 Quarta tamen Diendum est, in lege Evangelica nullo modo esse licitam polygamiam, nec habendo plures uxores simul, nec habendo successives repudiando primam. Ita Doctores loc. cit. & est communis inter Catholicos, quia concessio populo fidei facta revocata fuit à Christo Domino Matth. 5. & 19. qui matrimonium reduxit ad suam primam, & naturalem institutionem, quando dixit, erunt duo in carne una, non tres, vel quatuor. & cum, qui dimissa uxore aliam ducit, & esse adulterum, cum ergo prima matrimonii institutio polygamiam excludat, ut supra dictum est, sequitur, hanc dispensationem fuisse à Christo penitus sublatam. Hoc totum etiam definitum est in Concilio Tridentino, sess. 24. can. 2. Si quis dixerit licere Christianis plures simul habere uxores, & hoc nulla lege divina esse prohibitum, anathema sit. Accedit tamen ratio, quia matrimonium in nova lege est sacramentum significans unionem Christi cum Ecclesia; ergo debet esse necessarium ut unus est una. Addunt etiam communiter Doctores non solum quod Christianos praedictam concessionem fuisse penitus sublatam per legem Christi, sed etiam quod Iudaeos, & omnes alias nationes, ita ut iam non Christianis solum, sed etiam aliis omnibus polygamia sit verita. Ratio est, quia Christus Dominus simpliciter, & absolute pro omnibus hominibus, & non pro Christianis tantum, matrimonium reduxit ad primam suam naturam, & modum de iure naturae, & de iure apud Iudaeos, & alios infideles iam ulteriora connubia nec valent, nec licent, non quia iura Christi lege sit vetum, cui lege sine baptismo praecedente alii populi non sunt subiecti, sed quia cum iure ipso naturali omnes nationes ad hoc adstringantur, sublata est per Christum concessio, seu dispensatio de polygamia; Ex quo factum est, ut quando infideles coniugentur ad fidem convertantur, & baptismum susceperint, non permittatur in coniugio permanere nisi cum prima, quam habebat uxore.

224 Addit tamen Doctores, posse casum necessitatis occurrere ex bello, vel peste, in quibus multitudo virorum cadere, & multitudo mulierum manere; & tunc in tali causa licitam esse posse polygamiam ex parte commutantium, sicut olim in antiqua lege ad propagationem, & multiplicationem cultus veri Deique deficeret ibi nisi completo iustitia, quae est ex approbatione divina, quae forte tunc fuerit, & Ecclesiae specialiter revelata, ita concludit Doctores, cit. & merito, quia talis dispensatio in praefato casu à Deo revelata à Sede Apostolica iudicanda est, an sit verè à Deo concessa nec, ut definitum est in Concilio Laterano, sess. 11. cons. 1. ubi sub pena excommunicationis latae sententiae prohibetur, ne in spiritalibus, ac revelatione novae publicentur, nisi examinentur, & approbentur à Summo Pontifice, Sedes enim Apostolica sola in toto orbe est regula fidei, & ipsa sola solvit dubia, & quae fidei, ut passim habetur in Conciliis, Patribus, & Iure Canonico.

QUESTIO OCTAVA.

De Matrimonio Claustrali.

225 Licet hoc nomen matrimonii claustrali apud Canonistas plures habeat acceptiones, tamen apud Theologos duobus tantum modis matrimonium dicitur claustrale; uno modo ex defectu solemnitatis novo iure requisita, quando nimirum sine Parocho, & testibus celebratur, alio modo ex defectu proclamationum, seu denunciationum, quae ante contractum matrimonii praemitti solent inter quas claustrali matrimonii acceptiones hoc inter est, quod priori modo sumptum pro definitione, Concilio Tridentino, sess. 24. de reformatione matrimonii c. 1. est nendum illicitum, sed etiam invalidum, quando fit sine Parocho, & testibus, at posteriori modo sumptum, quamvis ex eodem Tridentino, ibidem sit prohibitum, non tamen est irritum, & invalidum, quia nullo iure irritatur; unde matrimonium sine denunciationibus praeviis, & absque earum dispensatione contractum est tantum illicitum, non autem invalidum, ut postea dicemus de matrimonio itaque claustrale in utroque sensu in hac quaestione agendum est, & videndum, quo iure, & ex quo tempore sit prohibitum.

ARTICULUS PRIMUS.

Quo iure, & ex quo tempore matrimonium claustrale sit prohibitum, & invalidum.

226 Conveniunt Canonistae, & Theologi, matrimonium claustrale non esse prohibitum iure divino; sed tantum iure Ecclesiastico, quia ex solis Ecclesiae decretis habetur talis prohibitio in pluribus Conciliis, ut patet in Capitulo finali de Claustrali dispensatione non autem ex Sacra Scriptura, quia nullum tale exat praecipuum, nec in veteri, nec in novo testamento; Conveniunt etiam ex antiquis temporibus, imò à principio Ecclesiae tunc sit prohibitum, nam antiquissima sanè est Ecclesiae inter Christi fideles prohibitio, ne clam, & occulte matrimonia inirentur, ut testatur Trid. loc. cit. ubi loquens de matrimoniis claustralibus, ait;

Sancita Dei Ecclesiae ex insissimis causis illa semper detestata est, atque prohibuit. Et in iure habetur contra huiusmodi matrimonia lectorem Evaristi Papae c. 1. 30. q. 2. qui Quartus post Petrum sedente anno 110. obijt; anno 118. & quia Evaristus loquitur ibi tanquam supponens rem iam illicitam, ac detestabilem, inquit, ut à Patribus acceptimus, & SS. Apostolicis scripturis, & sacrosanctis traditionibus invenimus, putandum est etiam antea, & ab ipso Apostolorum tempore huiusmodi matrimonia prohibita fuisse, & illicita. Atque haec prohibitio adhuc etiam viget ubique locorum inter Christi fideles, etiam ubi tale Matrim. adhuc est validum, & ubi non est receptum. Concilio Tridentino, quia stante validitate potuit prohiberi, & de facto prohibitum fuit, nec huiusmodi prohibitio ex Concilio Tridentino, sic contrahentes etiam ubi Trident. non urget, peccate mortaliter ut Brancatus nosse advertit dist. 22. art. 2. in fine.

227 Est tamen Difficultas, an scilicet iure positivo contrahere matrimonium claustrale absque testibus sit illicitum, & prohibitum iure naturali, non dico absque Parocho, quia certum est, praesentiam eius iure naturali non requiri, quia hic solum in Ecclesia reperitur, unde licet non possit circa infideles moveri dubium de claustrali consensu ex defectu Parochi, potest tamen esse dubium de eo ex defectu testium. Afirmant Casatenus, Palacios, Petrus, Soto, Veracruux, Sanchez, & alii, quorum fundamentum est, quia natura ipsa matrimonii, & recta ordinatio generis humani exigere videtur, ut in Republica, & Communitate notum sit, quinam sint coniuges, ut discernatur filii legitimi, & quorum parentum sint filii, & ne coniugati possint impunè separari, ac nova inire coniugia; unde etiam inter barbaras nationes, & extra legem Ecclesiasticam consuetum est matrimonium publicè, & solemniter celebrari, ut populo innotescat. Negant Dominicus Sotus, Coninch, uterque Ledesma, Hurtado, Aversa, & alii quorum fundamentum est, quia si contraheatur matrimonium absque testibus est iure naturali illicitum, & prohibitum, maxime quia sic contrahentes dicto periculo exponerentur, & praedicta inconvenientia in Republica sequerentur; sed regulariter non exponuntur, quia quamvis aliquando in aliquibus ob eorum peculiarem malitiam, aut fragilitatem sit dictum periculum, non tamen in omnibus, neque semper in malis, & fragilibus in his quoque dicto periculo subveniri potest paucis post matrimonii celebrationem illud publicando, & aliis, viis, ergo sic contrahere non est iure naturale, seu ex natura rei illicitum, cum ex natura rei non sit ipsi dictum periculum annexum; quia hoc tantum est aliquando, & non in omnibus, sed in aliquibus, & in his potest dicto periculo alia via obviari, ut discitur Hurtadus dist. 5. diff. 1. in fine.

228 Haec tamen sententia extreme facile conciliari possunt, ut ait Brancatus loc. cit. dicendo, quod licet videatur consensum iuri naturae, ut matrimonium non fiat clam absque praesentia alicuius testis, verè tamen, & proprie loquendo non potest dici esse iure naturae prohibitum; Ratio est, quia ius naturae explicitè non dicit, contractum matrimoniale coram testibus esse faciendum, nullum enim apparet tale dictamen, neque ex immediatis iuris naturae principiis hoc immediatè deducitur; tamen si consideretur matrimonium sub ratione contractus, nullum ius naturae principium obstat videtur; quin possint vir, & mulier proprio consensu, absque alicuius consensu, & interventu tradere, sibi mutuo dominium suorum corporum, & sequè invicem coniuges accipere; Tum quia, si matrimonium claustrale essent iure naturae prohibita, cum Concilio Tridentino, talia matrimonia antea facta declaraverit, esse vera, & valida, & rata, quae sunt contra ius naturae, quod est omnino falsum, quia certe Ecclesiae ius naturae immutare non potest, itaque ad summum solum dici potest, aliquo modo iuri naturae videri consensum, ut matrimonium non fiat clam, & absque praesentia alicuius testis, nam ius naturae consensum est vitare mala, & damna, quae ex aliquo actu possunt humano generi, & Republicae accidere; sed ex matrimonio claustrali talia accidere possunt, ut rectè probat ratio prioris opinionis, ergo & caet. & quidem si ratio illa bene ponderetur, probat solum illa inconvenientia posse interdum ex matrimonio claustrali accidere, non autem semper, ac necessario ut rectè ostendit ratio posterioris sententiae; nam si certè, & necessario ex matrimonio claustrali talia damna humanae naturae, ac Republicae acciderent, utique talis contractus directè, ac immediatè esset contrarius iuri naturae; Et hoc modo discurrendo facile prima opinio potest cum secunda conciliari dicendo, quod illa nomine ius naturae intelligit omne id, quod vel directè, proxime, & immediatè est contra principia, vel conclusiones iuris naturae, vel indirectè, remotè, & mediatè.

229 Quò autem ad invaliditatem matrimonii claustrali, Dicendum est, quòd quamvis antè Tridentinum validum fuerit, tamen post eius definitionem omnino invalidum, & illicitum est; adeò quòd invaliditas claustrali matrimonii non fuit in Ecclesia introducta ab eius iuribus, neque in alio tempore sequenti usque ad Concilium Tridentinum, in quo declarata, & firmata est. Haec assertio communis est inter Catholicos, & quoad utramque partem patet

patet ex ejusdem Concilii verbis sess. cit. cap. 1. de matrimonio reformatione, ubi sic loquitur. Dubitandum non est, claustrale matrimonium libero contrahentium consensu facta, rata, & vera esse matrimonium, quàm illud esse irritum non fecit, & proinde iure damandi fuit illi, ut eos Sancta Synodus anathemata damnet, qui ea vera, & rata esse negant. Ita Concilium ibi, quod postea subdit. Quia licet, quàm praesenti Parocho, vel alio sacerdote de ipsius Parochi, vel Ordinarii licentia, & duobus vel tribus testibus matrimonium contraheant attentabunt, eos Sancta Synodus ad sic cotrahendum omnino inhabiles reddidit, & huiusmodi contractus irritos, & nullos esse decrevit, prout eos praesenti decreto irritos facit, & annullat. Ita Concilium ibi, ex quibus verbis constat, hanc invaliditatem non solum esse circa personas, sed etiam circa contractum ipsum, ita ut matrimonium claustrale, ex defectu Parochi, & testium non solum sit invalidum, eo quòd personae sic contrahentes reddita sunt inhabiles, sed etiam quia ipsemet contractus redditus est inhabilis, & insufficientis ad obligandum contrahentes; Finis autè, & motivum, quòd habuit Ecclesia ad irritandum claustrale, fuit, ut polygamiam impedit, & perpetuos concubinatus, & alia plura Republicae incommoda ex illo derivata, quae per simplicem prohibitionem eo usque impediti non poterant, ut loc. cit. verbis expressè Concilium sic declarat.

226 Porro praesentia Parochi, vel alterius ab eo, vel Ordinatio substituitur, & testium, quàm Concilium ad matrimonii validitatem requirit, non tantum physica esse debet, sed etiam moralis, ita ut intelligant, quid agatur, & de eo testis possint, quia ratione Testis à Concilio vocantur, ut advertunt Layman, Petrus de Ledesma, Abellius, & alii Recentiores. Parochi autem nomine intelligitur ille, qui ordinariam in contrahentes habet jurisdictionem, quales sunt Papa, Episcopus, & proprius ipsorum contrahentium Parochus; quòd si contrahentes diversarum sint Parochiarum, opus non est, quòd ambo Parochi assistant, sed sufficit ille, in cuius Parochia matrimonium celebratur, ut habetur in Rituali Romano, & ex praxi constat Ecclesiae; Quamvis igitur matrimonia claustrale contracta essent olim solummodo illicita, & prohibita ex antiquioribus Ecclesiae legibus, ut supra dictum est, novo tamen jure Concilii Tridentini non tantum illicita sunt, sed etiam irrita, & invalida in his tamen locis, ubi receptum est Concilium, & eius decretum promulgatum, quòd apposite dixi, quia quamvis Concilium, pro tota Ecclesia considerit, omnibusque Provinciis, in quibusdam tamen locis etiam apud Catholicos, in quibus Tridentinum non viget, & etiam quando celebratur à non baptizatis, quamvis temporaliter Ecclesiae subditis, & habitantibus, ubi Tridentinum est receptum, matrimonium claustrale contractum absque Parocho, & testium praesentia adhuc validum est, licet illicitum, quia nimirum leges Ecclesiae licet eas non comprehendunt, quòd sunt extra Ecclesiam, nec eam spiritus alteri subiecti. Et quia contingit interdum, ut incolae locorum, in quibus Tridentinum viget, pergant ad loca, in quibus non est promulgatum, adhuc dici debet, validum esse matrimonium inter coniuges ibi contractum absque praesentia Parochi, & testium; & contra, si incola locorum in quibus Tridentinum non viget, ad loca deveniant, in quibus eius decretum promulgatum est, ac receptum, quamvis solum per transitum, non valeat ibi eorum matrimonium, nisi coram Parocho, & testibus celebratum; Quamvis enim alias disputari solet, an peregrini legibus suae patriae adstringantur, vel loci, in quo sunt; tamen quantum ad formam esse legibus loci, & ad valide contrahant, probabilius est, standum esse legibus loci, in quo celebratur contractus, ut notat Aversa qu. 6. sess. 2. cum communiori Doctorum, quare extranei, & peregrini suos debent celebrare contractus iuxta formam loci, in quo sunt, non vero iuxta patriam, ut habetur in cap. final. De foro compet. & L. Si fundus ff. de iur. iur. in fine.

231 Sed hic due occurrunt praecipue difficultates discutiendae, Prima est, qualiter Ecclesia reddere potuerit irritum matrimonium claustrale antea validum, & ratum. Ratio dubitandi est, quia si consideretur matrimonium in ratione contractus, de iure ipso natura poterat vir, & mulier proprio consensu, absque alicuius consensu, & interventu, tradere sibi mutuo dominium suorum corporum, & sequè invicem in coniuges accipere, certe Ecclesiae ius naturae immutare non potest, videtur ergo non potuisse facere, ut quòd iure naturae valebat, sit validum erant, nullum reddatur, & irritum. Si verò matrimonium consideretur, ut sacramentum, nec videtur illi facere potuisse, quia tota sacramentorum substantia, & quaequid ad eorum valorem requiritur, fuit iure ipso divino à Christo Domino institutum, & ad quodlibet sacramentum sua materia sufficit, & forma, & intentio Ministri, materia autem, & forma huius sacramenti est ipse consensus contrahentium expressus, susceptor, & ministris iure contrahentes ipsi, non ergo videtur Ecclesiae, potuisse matrimonium claustrale invalidare, & eam legem matrimonii statuere, quia nequit jus divinum Christi, aut sacramentorum institutionem, & substantiam immutare nec quicquam detrahere potest, aut addere ad ea, quae in singulis sacramentis à Christo ipso sunt instituta.

232 Verum haec Difficultas ex communi doctorum jam resoluta

est, ut supra de Sacramento in genere q. 3. art. 1. n. 1. ubi dictum est, quòd licet Ecclesia facere non possit, quòd verum, & legitimum contractus non sit materia sacramenti matrimonii, ut à Christo institutum est; potest tamen facere, ut ille, qui antea verus, & legitimus erat contractus, non sit deinceps legitimus, & verus, novas instituyendo leges, & solemnitates; quia humana potest variare ea, quae spectant ad validitatem contractus, & ideo Ecclesia mutare potuit conditiones, & circumstantias huius contractus, sicut, & aliorum, requirens ad eius validitatem solemnitates illam, quae antea necessaria non erat, praesentiam nempe Parochi, & aliorum testium. Quòd modo amplius declaratur, quia Republicae politica Christianorum quoad actiones civiles dependet, & subest saltem indirectè potestati Ecclesiae, ita ut leges, & actiones publicae, si ad finem supernaturalem expedire visum fuerit, possint ab illa corrigi, & limitari, ut constat ex Concilio Tridentino, loc. cit. dum loquitur de matrimonio, contractum civilem matrimonium, ex quo elevatur à Christo ad ordinem supernaturalem; seu ad statum sacramentalem, ita subest potestati Ecclesiae, ut si ipsa ad talem finem expedire iudicet, nullas potest apponere conditiones ad valorem illius contractus, & statuere, ut illis non adhibitis irritus sit omnino civilis ille contractus, & nullus.

233 Hinc patet; rationem dubitandi propositam non urgere, si enim consideretur matrimonium, ut contractus, & possunt omnino Superiores legitima facultatem habere statuendi, & condendi leges certam formam praescribere, ut talis contractus valeat, ita ut ea non adhibita irritus sit, & nullus, ut constat, factum esse in pluribus alii contractibus; Neque in hoc facta est aliqua iuris natura immutatio, quae sit prohibitum sit, quòd iure naturae praecipuum erat, quàmvis enim nullum ius naturae principium obstat videtur, quin possint vir, & mulier proprio consensu, absque alicuius consensu, & interventu, seipsos invicem in coniuges accipere, hoc tamen non est iure naturae praecipuum, imò potius consensum iuri naturae videtur, ut matrimonium non fiat clam absque praesentia alicuius testis, ut dictum est supra n. 228. ad plura incommoda evitanda in humana Republica. Si verò consideretur ut ius matrimonium, ut sacramentum est, neque adhuc obstat, quin potuerit Ecclesia aliquid statuere circa valorem contractus matrimonii, quamvis enim Ecclesia efficere non possit, ut validus contractus non sit ad rationem huius sacramenti sufficiens, quia substantia matrimonii est contractus legitimus, & validus, & à Christo ad rationem sacramenti elevatus, idcirco Ecclesia facere non potest, contractus legitimus non sit sacramentum; adhuc tamen Ecclesia immutare potest, ut talis contractus sit, vel non sit legitimus, & ad hoc, ut contractus validus existat, certas conditiones apponere, quae si desint, censetur invalidus, & nullus, sed hoc non est per se, & directè substantiam sacramenti immutare, sed tantum per accidens, remotè & indirectè, quatenus invaliditas matrimonium claustrale, impeditur, ne talis contractus fiat sacramentum, seu ad statum sacramentalem elevetur; Non ergo Ecclesia invalidando claustrale immutavit substantiam, & institutionem huiusmodi, quia licet Christus instituerit, ut contractus conjugalis legitimus inter fideles sit sacramentum, tamen instituit, quinam esset contractus conjugalis legitimus, sed hoc statuum in potestate Ecclesiae reliquit; Quamvis igitur Ecclesia institutionem Christi immutare non possit, faciendo, ut contractus legitimus non esset sacramentum, optimè tamen facere potuit, ut non esset legitimus contractus, nisi qui tali forma, & publicitate inerat, nempe coram Parocho, & testibus ita Scot. 4. d. 16. q. 4. in fine, ubi ait, quòd Ecclesia bene potest aliquid immutare circa materiam habilem, vel inhabilem, & declarare personas idoneas, vel non idoneas, sed non potest circa illud, quòd est essentiale contractui matrimonii, praesupposita materia idonea.

234 Sed Obiicit, non potest Ecclesia facere, ut oleum, christina aqua, & c. quae à Christo sunt assumpta in materiis sufficientes sacramentorum extremae unctionis, Confirmationis, & Baptismi, non sint deinceps materia illorum; ergo idem dicendum erit in proposito, quia contractus matrimonii, qui sibi inat homines, fuit à Christo assumptus in materiam, & formam sacramenti matrimonii addens eidem efficaciam gratiae, & elevationem ad statum sacramenti.

Respondetur, negando paritatem, quia materia illa pro illis sacramentis assumpta sunt res mere naturales, non dependentes ab hominum voluntate, ut contractus civiles; imò fuit humana industria fieri potest, & passim fit, ut per actionem, & mutationem physicam aqua, panis, vinum, & oleum corruptantur, & in aliam substantiam convertantur, & tunc non sunt amplius idonea sacramentorum materia; neque ob id dicitur fieri mutatio circa substantiam, & institutionem horum sacramentorum; ita etiam contractus conjugalis, qui à Christo assumptus est in materiam, & formam huius sacramenti, sola morali potestate, & iustione variari potest, ut factum est, neque per hoc dicendum est, fieri mutationem circa substantiam, & institutionem huius sacramenti, quando enim Christus conjugalem contractum in sacramentum assumptum, non

1707-1711

Not.

1707



restringit, aut determinavit modum, illum contractus, vel contra-

71071

235 Altera difficultas est, an matrimonium clandestinum post Trid. sit ita invalidatum, ut in nullo casu sit validum inter fideles...

320

236 Communis tamen opinio oppositum docet, nempe ob nullam necessitatem tale matrimonium validum, sicut neque inter con-

Ad rationem in oppositum respondent, quod quamvis urgens necessitas excuset ab obligatione legis positive precipientis, aut prohibentis etiam divinit, non tamen efficit habilem alias lege ir-

Respondetur concessio assumpto negando consequentiam, nam

in illis duobus casibus nunc adductis optime validatur matrimonium abique nova Parochi presentia, & aliorum testium, quia presentia antiqua, & procedens, ut ibi dicitur, est, in casu impedi-

ARTICULUS SECUNDUS.

An ut valide, & licite matrimonium contrahatur, promittenda sint Denuntiationes.

238 Denuntiationes vocantur admonitiones quedam, quibus in Ecclesia publice prolatis nominibus nubere cup-

Non desunt Jurista, qui putarunt, has denuntiationes ita ad valorem matrimonii esse necessarias, ut in non premissis contractus sit irritus, & nullus, sicut de assentia Parochi, & testium statum est art. praec. Fundamentum est, quia Tridentinum eodem de-

Conf. quia matrimonium essentialiter requirit publicitatem, cum clandestinum sit irritum, & invalidum, at denuntiationes non minus ad publicitatem spectant, quam Parochi assentia, imo magis, quia interveniunt ad detegendum, si quae sint impedimenta inter contrahentes, ergo si assentia Parochi est ad valorem matrimonii necessaria, tanto magis denuntiationes. Tandem quia frustratorii esset Conc. preceptum de Denuntiationibus, nisi ad valorem requiratur nam acque abire possent in defectum, sicut olim ait Trident.

239 Verumtunc diximus ab initio questionis, certum est ad hoc, ut matrimonium sit validum, non requiri praevis denuntiationes, sicut requiritur Parochi, & testium assentia, sed illis dimissis abique dispensatione ad huc validum, & ratum est matrimonium, quomodo non interveniat alius substantialis defectus, ut passim Theologi omnes ac Canonistae docent. Ratio est, quia denuntiationes non sunt necessariae ad substantiam huiusmodi contractus ex natura rei, seu jure naturali, quia alii contractus huiusmodi proclamationibus non egent, & ante Conc. Lateran. non constat, fuisse in usu, & inter infideles, in quibus vera sunt matrimonia in ratione contractus, non adhibentur; Neque sunt necessariae ex institutione Christi, quia neque ex Scriptura, neque ex traditionibus habetur, & tamen ante dictum Later. Concilium vera matrimonia fiebant. Nec tandem sunt necessariae ad valorem matrimonii ex Ecclesiae decreto, sed tantum ad solemnitatem, & ex precepto, quod factum patet ex ipso Concil. Trident. cum enim decretum commune preceptum fuisse de praemittendis denuntiationibus, ac de assentia Parochi, & testium in ipso contractu, postea clausulam irritantem adiecit solum de assentia Parochi, & testium, non autem

autem de praeviis denuntiationibus, inquit enim: Qui aliter quam praesente Parocho, vel alio Sacerdote de ipsius Parocho, seu Ordinarium licentia, & duobus, vel tribus testibus matrimonium contrahere attentabunt, eos S. Synodus ad contrahendum omnino inhabiles reddat, & huiusmodi contractus irritos, & nullos esse decernit, prout eos praesenti decreto irritos facit, & annullat, l. 5. ex quibus verbis patet, Conc. non ponere denuntiationes inter requisita ad valorem, & substantiam matrim. quia inter ea, sine quibus matrim. est nullum ipsas non recitet, non enim dixit, qui aliter quam praemissis denuntiationibus contrahere attentabunt, contractum nullum, & irritum decernit, sicut dixit, qui aliter quam praesente Parocho, &c.

Conf. quia Conc. ibidem arbitrio Episcopi, & ordinarii remittit, si expedire judicaverit, praetermitti denuntiationes, signum evidens, non illas constituisse, tanquam de substantia contractus, sed ad summum tanquam de obligatione. Denique Ponce 6. 30. & alii Recentes referunt, ita declaratum fuisse a Sacra Congr. Conc. quae de hoc requisita respondit, Matrimonium sic contractum, hoc est, sine denuntiationibus, & proclamationibus, quae solent, & debent praemitti, non esse invalidum, & nullum, sicut illud, quod sine praesentia Parochi, & testium contrahatur, nec illegitimum reddere prolem.

240 Hinc patet ad fundamentum oppositum, quod ex eodem Concilio desumi videbatur, licet enim ea omnia requiratur, non tamen omnia tanquam ad valorem, & substantiam matrim. requisita, & licet in priori parte decreti eodem tenore verborum praecipitur injungat de praemittendis denuntiationibus, & assentia Parochi, non tamen clausulam irritantem apponit, sicut in posteriori parte facti, ubi solum loquitur de assentia Parochi, & testium, & clausulam irritantem apponit, tum quia etiam ibi praecipitur, ut Parochus contrahentes interroget de eorum consensu, & tamen hoc non est de essentia, neque ad valorem sacramenti spectat, quia ex seipsis possunt illum exprimere, non ergo omnia, quae in eo decreto praescribuntur, sunt intrinseca ad valorem sacramenti necessaria, sed ad summum dicitur, Concilium in prima parte illius decreti praescribere formam, & limitare modum, ut matrimonium licite contrahatur, non autem ut valide, quasi omnia illa sint etiam de necessitate valoris.

Ad Conf. negatur minor, quia ut patet ex modo dictis, licet tota illa publicitas, vel Concilio praecipitur, & per denuntiationes, & per Parochi, & testium assentiam, tamen in posteriori parte decreti pro validitate secunda tantum publicitas praescripta est, & ad hanc tantum clausula irritans apponitur, non ad primam, & si prima publicitas interviat ad impedimentum detegendum, si quae forte sint inter contrahentes, vel contrahere volentes, secunda interviat ad probationem matrimonii, & evitanda peccata, quae ex matrimonii clandestinitate confurgere possunt, quoad adest majoris est momenti.

Ad ult. negatur consequentia, non enim frustratorii esset praecipuum de denuntiationibus praemittendis, cum sit ad finem detegendi impedimenta, quae inter eos esse possunt, qui matrimonium contrahere intendunt, & ad hoc, ut denuntiationes non habeant in defectum, sicut olim ait Trid. sufficit, ut sint impositae ex obligatione precepti, & sub gravibus poenis, quibus Parochi subjacent, si eas omiserint.

241 Quaes, quam vim habeant Denuntiationes, & quam obligationem, qui licet impedimentum ad illud detegendum. Communis sententia docet, quemlibet teneri deserte impedimentum, quod probari potest, quamvis infamia in gradu, veluti extortum ex fornicatione cum coaeguinea in proposita prohibito alterius contrahentis, advertunt tamen Doctores, quod quando impedimentum tale esset, nimirum occultum, & infamia parere potens, qui id novit iuxta regulam fraternae correctionis debet prius admonere secreto illos ipsos, qui contrahere volunt, vel eorum alterum ad hoc, ut a tali conjugio contrahendo desistant, illisque desistentibus obligationi quoque satisfaciatur erit; Quod si desistere noluerint, debet id quantumvis occultum Parocho, vel Praelato revelare, quia bonum animae, & ubi sacramenti bono famae omnino praeseri debet; Est tamen difficultas, an ex vi denuntiationum sic etiam obligatio detegendi impedimentum occultum, quod qui solum novit, ideoque testibus illud probare non potest. Negat Major, Gabriel, & Ponce lib. 5. cap. 34. & approbat Diana part. 3. traet. 4. resol. 221. ea ratione ducti, quia nemo denunciare tenetur, quod sufficienter probare non potest, in casu autem proposito abique testibus nequit sufficienter probare.

242 Communis tamen sententia docet, quemlibet teneri impedimentum occultum etiam sibi soli notum deserte, ita Sanchez, Tancred. Coninch. Hurtadus, Caspensis, Aversa, & Brancatus ex nostris, & aliis passim. Ratio est, quia unicuique tenetur vitare peccatum mortale proximi, si id commode possit, quod appositae additur, quia si non potest sine gravi sui ipsius incommodo, aut aliorum scandalo non tenetur; praesertim quando id a superiore praecipitur; at denunciandum impedimentum occultum & sibi soli notum plura vitantur peccata, quae contrahentes cum impedimento committerent, ergo unicuique tenetur impedimentum occultum

Idem in Quart. Sentent.

tum denunciare, quamvis testibus illud probare non possit; Tum quia revelanti in hoc casu, & ex mandato Ecclesiae onus probandi non incumbit, sed ad Parochum, seu Praelatum spectabit prospicere quidnam sciendum sit, & sufficere etiam unus ipse testis, si denunciat ad matrimonium impediendum, ut habetur ex op. aeterea de sponsalibus. Advertunt etiam praefati Doct. id quod dictum est, verum esse, etiam si quis id sciverit sub secreto naturali, & sub juramento secreti, & quamvis ex illo infamia passurum sit denunciatus, quia major ratio habenda est salutis animae proximi, quam servandi secretum, & famam illius, neque juramentum in tali casu obligat ad non denunciandum, esset enim contra charitatem, & contra Superioris praecipitum, quod per denuntiationes imponitur. Appositae autem dicitur sub secreto, & sub juramento, non autem sub sigillo sacramentali, quia in tali casu sane non teneretur, nec posset quis revelare impedimentum occultum, nec ejus revelatio acceptanda esset, non enim ob quaecunque damnum vitandum confessionis sigillum frangeret licet. Tandem non solum alii, sed etiam ipsi contrahere volentes interrogati a Parocho, tum impedimento aliquo detineantur, sua impedimenta faceri tenentur, si noluit a matrimonio desistere, etiam si impedimentum occultum sit, & infame; tunc enim cum non agatur de supplicio, sed de vitando peccato, quod in favorem contrahentium est, possunt ab ordinario interrogari, quomodo sine nulla praesertim infamia, quia hoc totum est in beneficium, & salutem eorum, non in supplicium, aut iacturam, quo casu nemo se proderet tenetur, Non tamen tenentur impedimentum occultum manifestare, quando est dispensatum, quamvis occulte tantum, & in foro conscientiae, quia tunc impedimentum reputatur, ut nullum, ac proinde interrogati negare possunt mentali restrictione, & ob eandem rationem alii etiam, qui sciunt impedimentum occultum, si etiam sciant dispensationem, quamvis occultam, illud revelare non tenentur, ut ubi Hurtadus disp. 5. diff. 21. cum aliis Doctoribus citatis.

Not.

243 Hoc totum autem verificatur, quando impedimentum est occultum, quia si esset publicum, & plene probari posset, esse quod sunt, habentes illud fuisse in foro conscientiae dispensatos, adhuc illud revelare tenetur, ut notat Sanchez, & cum eo Tancredus, disp. 14. & Brancatus nosler art. 21. cit. Ratio est, quia dispensatio in foro conscientiae in hoc casu non prodest, quia causa agitur in foro externo, nam impeditur pro utroque foro interno, scilicet, & externo, si dispensatur in interno, non ob id remanet liber pro externo, debet enim Ecclesiae satisfacere in hoc foro; hoc quod quando non est solutus in foro externo a ligamine, semper in foro quo impedimentum urget, & sciens illud tenetur impedimentum ad tale forum deducere, non obstante noticia dispensationis habitae in foro conscientiae. Alia plura disputari solent in hac materia de Denuntiationibus praemittendis ad Matrimonium, quae quia per moralia sunt, & ad casus conscientiae spectant, apud citatos Auctores videri possunt de illis fuisse tractantes.

244 Ex dictis in hac questione, & praecedenti clare patent, quoniam requirantur ad hoc, ut matrim. valide contrahatur, & insuper quae sunt necessaria non solum ut valide, sed etiam licite contrahatur; Etenim ad matrim. validitatem quatuor praesertim requiruntur. Primum est, ut contrahentes liberi consensum praebant, ita ut si ex parte alicujus contrahentium desit liber ille consensus, matrim. nullum sit, ut patet ex c. cum locum, & c. tu fraternitati Dei sponsalibus, item ex c. si quisque 27. q. 3. Insuper consensus illi debet esse praesentis, ut constat ex c. tu fraternitati, & c. licet de sponsalibus, & ex decreto Eugenii in Conc. Florent. ubi dicitur, quod causa efficiens matrimonii est mutus consensus, per verba de praesentibus regulariter expressus, ex quibus verbis habetur, etiam consensus illum per verba, aut signa aliqua exteriora exprimi debere, quia cum Matrimonium baptismatorum sit sacramentum, in aliquo figno externo consistere debet, quae omnia jam ex professo declarata sunt q. 3. & 4. huius disp. Secundum, quod ad matrim. valorem requiritur, est, quod consensus illius expressio fiat coram Parocho, & duobus, vel tribus testibus, quamvis enim matrim. clandestine contracta essent olim valida, licet illicita, novo tamen iure nudum illicita, sed etiam invalida esse declaratum est, constat ex Trident. sess. 24. cap. 1. de reformatione, & ex dictis art. praec. Tertium, quod ad matrimonii validitatem etiam requiritur, est, aetas pubertatis in utroque contrahentium, in viro quidem quatuordecim annorum completorum, in femina vero duodecim etiam completorum, ut habetur ex cap. Contrahatur, & c. Atestatione, & ex cap. ult. de dispensatione in pubertate, ubi ante dictam aetatem pueri, & puellae inhabiles declarantur ad contrahendum, nisi malitia etatem supplantet, & ob justam aliquam causam cum illis dispensetur, ut habetur cap. eodem titulo. Quartum denique ad matrimonii validitatem requisitum est, ut nullum in contrahentibus reperitur impedimentum canonium, quod matrimonium contrahendum impedit, & contractum dirimat, impedimenta enim in universum sunt illa, quae obstant, ne rite matrimonium contrahatur, & vel solum obstant, nec licite contrahatur, vel etiam valide, de quibus impedimentis infra suo loco agemus.



